

Cum  
**FOEDUS NUPTIALE**  
 à DEO ipso institutum,  
*VIRTUTE ET ERUDITIONE ORNATISS.*  
**DN. JOHANNES**  
*Shrenfried König/*  
*CUM LAUDATISSIMA SUIQUE SEXUS*  
*VIRTUTIBUS CONSPICUA*  
 DOMINA  
**SOPHIA ANNA**  
**KISLINGIA,**  
 NATAL. WILLERIA,

solenniter iniret,  
*ut in modo delineare*  
*voluit*  
 Anno 1706. die 8. Febr.

*Cum intima quæ temporalis,*  
*quæ æterna felicitatis*  
*apprecatione*  
**M. MARTINUS Böhm.**

---

**THORUNII,**  
 Imprimebat Johannes Conradus Rügerus, Nobiliss. Senatûs & Gymnasii  
 Typographus.

Schiff  
 r Ehe-  
 ht ein  
 wäre.  
 Mond  
 Schim-  
 nchten  
 alten  
 Ober-  
 Bild  
 Thesew  
 Dir die  
 e nicht  
 ennen.  
 gleiche  
 s ihren  
 deiner  
 s Gött-  
 vil dem  
 Unter-  
 rg ein-  
 ae heil-  
 eit frey  
 deinen

varen/

**S**to procul qui pacta jugalia  
Rides potenter foederis optimi,  
Quæ de polo Sanctus Jehova  
Sic fieri jubet ille dudum.

Terræ & poli, quod constituit DEUS,  
Id dente iniquo rodere sit nefas :

Cudisset hic cum pegma mundi  
Cura secunda fuere tædæ.

Mundi virebant principia omnia,  
Augebat ortu Solquè diem novus.

Auræ vigeabant flante vento

Terra polusquè simul nitebant.

Titan micabat lumine lucido

Vibrabat Auram Cynthia candida,

Fudit odores arbor alma,

Dulcia poma deditquè pomus.

Lusit natantùm pulchrum in aquis genus,

Aura volucres & pecudes viis

Latis; sed unum defuit, quod

Vera propago DEI nec esset.

Mortalis est factus, bene nec potis

Orbi imperare is, ni socius foret,

Numen potens hoc sponte vidit,

Condidit ex latere ac Adami.

Estote, dixit, mente animæ duæ

Vivatis æterni, incolumes simul.

---

Crescatis; Orbem natus omnis

Impleat, omne solum gubernet.

Nunc, *Sponse*, sumis tale genus Tibi

Vitæ, sacratum Conjugium subis,

Lectamquè *Sponsam*, castitate

Conjugem & pietate ducis.

Ducis decoram Conjugio tuo.  
Fortuna donet mella, rosas, favos,  
Fauustum sit & felix, & omni  
Tempore lætitiā serenet.  
Vestra quadrigis acceleret faci  
Pronœa, donec vita superstes est,  
Nexu liget Vos jam potenti  
Gratia diva, beetquè lectum!

---

*Lemnia:*

VIRTUS OMNIA VINCIT.

**V**incit virtus omnia,  
fateor,  
*SPONSE LITERATISSIME,*  
nec tamen propterea tædiosa inter tædas res est,  
eandem quærere,  
cum  
hanc & quæstuosè quærere,  
& invenire ipsa virtus sit,  
hujusquè vinculis vinci,  
ceu  
quoddam gratum & ratum,  
clarum & charum  
quisque virtuosus viriliter  
exoptet, desideret, inhiet.  
Ipse mundus in mundo immundus cerneretur,  
si virtus ipsius vera basis non esset;  
Amor à more & à re discederet,  
si cum virtute symmetriam nullam pateretur;  
Pulchritudo pulchra esse non posset,  
si suam speciem & specimen à virtute  
non specularetur.



Vir-

Du

Virtus verò non prerogavit sibi prerogativam,  
omnes eam tamen venerantur, omnes mirantur.  
non ignorantes,  
universum orbem orbem dici,  
quem virtus suo splendore orbat.  
Cum itaque virtus omnia vincat,  
hanc verò & vincere & vincire  
nemo possit,  
quid mirum?

quod & Te vincibilem vicerit,  
vinctumque in vinculis teneat.  
Felix itaque hæc Amoris & Virtutis Tux


*Συμπύθηα,*

**SPONSE LITERATISSIME,**  
quæ Tibi Sponsam à DEO sponsam  
sponte obtulit,  
adeoque virtutem in amore,  
& amorem in virtute,  
fovebit, conservabit, obfirmabit.  
Conjungat itaque conjugium vestrum  
Numen benignissimum  
& benedictione & gratia sua,  
ut illud nunquam, nisi morte, attamen serâ,  
mortale fiat.

Tu verò,  
**SPONSE HONORATISSIME,**  
Occurre semper virtuti,  
quo Te sapius vincere possit,  
Tu verò semper in vinculis triumphes!  
**FIAT, FIET!**

*In ferventissimi animi obsidem  
scripsit*

**GEORGIUS HENRICUS CZIMMERMANN;**  
Thorunensis.



inv. 112861

V. fol. 2. an. 124